Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus aliquot in libr. de generatione et corruptione - Cod. Ettenheim-Münster 163

Dilingae, 1624

Tractatus philosophica ad arlis metaphysici

urn:nbn:de:bsz:31-114256

Visual Library

TRACTATUS Philosophici ad Arlis Metaphysicã.

In Phliæ partibus nobilissima est quã Metaphysi- Metaphysica
cã appellarunt Philosophi, quod sit μετὰ τὰ φύσικα nobilissima
i. post naalia, vel ut alij vertunt trans, aut supra
naalia (cujusmodi in prioribus tractata sunt) q͠a
res altissimas, ipsumq; adeo Deum speculatur, aliter
a. alijs etiã nõ paucis noibus dicitur n. absolute Philo-
sophia ob excellentiã scilicet suã p antonomasiam. Ut aliqn p͠ phlia
quandoq; dicitur p͠a philosophia quod sit præcipua et di-
gnissima. Dr Sapientia, itemq; princeps et dña sapientia
scientiarum, quod et principia aliarũ scientia-
rũ expliceat et confirmat (cd. dr prudentia quod prudentia
sicut in practicis prudentia, ita in speculativis
hic habitus maxime sit appetendus unde impro-
prie et per aliquã analogiã hanc appellationẽ
habet, dr deniq; Theologia naalis quod de Deo Theologia
quoq; agat prout lumine naia cognosci potest.
De hac tanta scientia habentur apud Arlem libri
quatuordecim qui Metaphysicorum dicuntur, multa
ta a. sparsim p reliquã philosophiã traduntur,
quæ huc alioq pertinerent unde et e contra Fran-
ciscus Suarez et Petrus Fons. totam pene Philosophi-
am libris suis Metaphysicis copiose et erudite &c.

planauerunt, nos ita instituemus tractationem Metaphysicam, ut eam tractatibus duobus concludamus, quorum prior erit de Ente in Communi, posterior de Ente immateriali, quod sicut tale est secundum naturam suam et non potest constare materia, si tamen unum alterumve prolegomenon praemiserimus, ut natura Metaphysices in ipso statim vestibulo planius intelligi possit.

PROLEGOMENON Im
De obiecto Metaphysices

Pro Cognitione Obiecti Metaphysices.

Obiectum adaequatum Metaphysices Ens reale, per se tale.

Dicendum 1. Obiectum Attributionis adaequatum Metaphysices est Ens reale per se, quâ tale ita S. Th., Scotus, et alii apud Suar. disp. 1. sect. 1. et est ipsius Aristotelis, 4. Met. ubi ab initio sic habet: est scientia quaedam, quae speculatur Ens prout Ens est.

[illegible]

obiectum assignatum est Attributionis.

NOTA 1. obiectum iam assignatum esse Attributionis non vero communitatis, hoc enim latius patet et est nimirum Ens latissime sumptum prout dicit et positivum et negativum, et reale, et rationis, Ens enim hoc modo acceptum potest in recto praedicari de omnibus quae a Metaphysico, sive per se, sive non per se considerantur. Adaequatum etiam diximus illud obiectum, ut ita non solum res materiales et spirituales creatae, sed etiam DEUS comprehenderetur;

Inter Entia alia principaliora alia minus principalia.

inter haec tamen obiecta partialia alia sunt magis

principalia, alia minus, adeoq si Ens reale dividatur in creatum, et increatum, hoc utiq erit nobilissimum cum sit ipse DEUS optimus Maximus, sic et, qui Ens dividunt in materiale et immateriale recte praeferant Ens immateriale. Si dicas Ens quod est obiectum Metaphysica dividitur in decem praedicamenta, DEUS autem non est in aliquo ex his generibus R/ Ens creatum per se tantum distribui in decem praedicamenta, idq non esse obiectum Metaphysicae adaequatum, unde adhuc et principem quidem locum habere fit DEUS. Si dicas praeterea obiectum scientiae alicuius debet habere proprietates demonstrabiles et principia, et causas, itemq debet saltem ratione esse prius omnibus speciebus et obiectis partialibus, sed DEUS et Ens in communi non habet principia et causas per quas de illis aliquid demonstretur, nec fit esse aliquid prius Deo et ratione vel in illud esset creatura, vel non esset, si prius tum non esset commune Deo et creaturae, si posterius tum esset ipse DEUS. R/ ad demonstrationes sufficere causas virtuales ut in Logica tradidimus, deinde Ens in communi analogice sumptum est aliquo modo prius DEO adeoq abstrahit a Deo et creatura ut sic

obiectio

solutio

alia

Solutio

NOTA 2°. Cum Ens reale per se statuitur pro obiecto fit hoc ex mente Aris. qui l. 6. Met Entia rationis reiicit a consideratione directa scientia Metaphysicae, quia talia fere neq entia sunt, neq cum Entibus realibus in eodem conceptu entis habeantur, sed tantum per rationem quandam analogiam proportionalitatis, obiectum autem adaequatum postulat unitatem aliquam obiectivam

Entia rationis reiicit a consideratione metaphy.

Ens per accidens rejicitur a consideratione metaphysicae

Ens est per accidens negat Aristoteles eodem libro 4. q. spectari sputa scilicet primario, licet secundario nihil impediat de eodem esse disquirere, sicut et de entibus rationis

Formale obiecti metaphysicae statuitur ens ut ens.

Dicendum Formale obiecti metaphysici constituitur per ens ut ens, seu quà tale

Nota 1°. Quà tale reduplicatio determinat ens ad certum aliquem modum considerandi, cum enim sub multis rationibus considerari queat, v. g. prout est ens sensibile, vel intelligibile, eiusmodi reduplicatio

Ens quâ faciat differre metaphysicam â reliquis scientiis.

superaddita facit differre metaphysicam ab aliis scientiis puta â physicâ, quae non omne ens contemplatur, sed secundum corpus naturale, â Mathematicâ quae circa quantitatem versatur, â Logicâ quae operationes intellectus in rectam disertationem ordinat ab Ethica, quae ens sub moralitate aliquâ spectat. Modus autem considerandi

Abstractio entis â materia sensibili est modus quo utitur metaphys.

ens est in metaphysica certa abstractio entis â materia sensibili et intelligibili, quod fit ex alibi dictis, qui modus dicitur ratio formalis saltem respectu notitiae apprehensivae, respectu enim indicativae ratio formalis sub qua sunt principia, hinc verò est quidam unus habitus metaphysica, et specie infima non autem ex omnibus habitibus conflatus, ut sensisse videtur Mirandulanus nam quae per se tractantur in metaphysicâ in eadem ratione scibilis conveniunt, adeoque idem habent obiectum formale

Abstractio â materia competit rebus duplicis generis.

Nota 2°. Abstractio â materia competit rebus duplicis generis, nam quaedam res secundum naturam suam

1°.

ita sunt â materia separatae, ut nec illa, nec aliquid sub illis contentum, directe ex materia constare queat, vel illam tanquam actus informare, proindeque repugnat illis materialitas, huiusmodi dicuntur re abstrahere â materia

et positivè, ac sm̃ essentiã, ut Deus et angeli, quædam vero ita separatæ sunt â mãa ut sm̃ esse suũ nec includant mãam, nec ad hoc ut simpliciter existant â parte rei exigant mãam, cũ sm̃ aliquas partes subiectas de facto existant sine mãa, licet sm̃ alias sint mãæ immersæ, huiusmodi dr̃ â quibusdã abstrahere â mãa pmissiue sive quoad indifferentiã, cũ æquè possint esse in mãa ac extra, ut Ens in coĩ, substãtia in coĩ, itemqȝ accidens qualitas, et alia quæ tam de spiritualibus, quã de mãalibus prædicari possunt, quæ porrò ratione dũtaxat abstrahunt â materiã et alioqui cũ illâ connexiones habent ut pssio, situs, et consimilia nõ aiunt purè ad Metaphysicam pertinere interim tamen tractari quædam debent nõ nihil aliena ad pleniorẽ videlicet intelligentiã. 2°

PROLEGOMENON IIᵐ.
Qualis sit habitus Metaphysica.

Conveniunt fere Philosophi quod Metaphysica nõ sit Itus, sive Habitus Principiorũ cum is nõ sit discursivus, nec ẽt Ars aut Prudentia, q̃ ad opus referatur sed de Scientiâ tñ et Sapientia quærunt, hinc igitur metaph. nõ est Habitus principiorũ, nec ars nec prudentia

Dicendum 1°. Metaphysica ẽ Scientia speculativa Perfectissima. metaph. scientiã speculativa.

Nota 1°. Aiclem [?] 1ᵃᵐ nõiam Philosophi solere ... sæpe Scientiæ nõie appellare, ut 1. 1°. 2°. et 3°. Met., quod a. in Speculativis habenda ... tere ... quia Deum, Angelos, et alia q̃dam ...

considerat circa quæ nihil practicatur; de per-
(pte de perfectione) fectione verò inquirere potest vel obiecta circa quæ
Metaphysicus habitus versari debet. Sed quæritur
(R.) utrùm habitus iste sit mere speculativus, et non et
aliquo modo practicus? mere speculativum asserunt
Suar. et Mend. aliiq; quod probari queat ex discri-
mine, quod est inter Theologiam supernaturalem (quam
multi partim speculativam, partim practicam
scientiam dicunt) et naturalem seu Metaphysicam
nostram, Theologia n. supernaturalis nititur lumine
divinæ revelationis fidei, quatenus per discursum
applicatur ad conclusiones in principiis fidei con-
tentas. Cum igitur fides non solum aperiat veri-
tates speculativas, sed et practicas, et fere omnia
prima principia morum potest sane eo Theologia
scientia quædam practica haberi, at verò Theolo-
gia Naturalis, seu Metaphysica perficit naturale
lumen circa ea obiecta quæ abstrahunt â materia
sensibili, et intelligibili, et ideo de Deo tantum
speculativè considerat rationem supremi boni,
et ultimi finis, quatenus nimirum in se talis est,
talisq; naturaliter cognosci potest, non verò practicè
spectat quomodo hic finis sit consequendus, quod
si demonstrationes aliqui practicæ circa tale bonum
et talem finem inveniantur pertinebunt illæ potius
ad philosophiam moralem, quam ad Metaphysicam.

(Obiectio) **Nota** 2º. cum iam iam dicturi simus
ex communi sententia Metaphysicam et esse Sapien-
tiam dubitari hic potest quomodo verum sit quod
sit Scientia naturalis Aristoteles in 6. Eth. ubi agit de ha-
bitibus Intellectus, hos habitus inter se puta Sapientiam,

et Scientia sub genere virtutis intellectualis discrimi-
nat. Ex scientiam dupliciter sumi posse 1° genera- Solutio
tim pro omni cognitione demonstrativa, et ut sic
includit et Sapientiam, ad quam se habet ut genus quoddam
2° strictius prout versatur tantum circa conclusio-
nes demonstrabiles non autem circa ipsa principia,
et sic Sapientia non est scientia, proindeque in hac ac-
ceptione vir Aristoteles 1. c. scientiam usurpasse in illa
videlicet habituum intellectivorum distributionem attu-
lit, hinc igitur sapientia non erit accipienda ut ag-
gregatum quid ex illa et scientia sicuti volebat Tar-
deus et Janellus apud Christophorum Gillium.

Dicendum 2. Metaphysica est etiam Metaph. est
Sapientia pro qua re declaranda est Sapia

Nota 1° Vocabulum Sapientia possim non Sapientia sa-
uno modo, sed multipliciter accipi, nam 1° signi- pitur 1°
ficat artem et Scientiam quamcumque eximia aliqua
ratione possessam, sic Aristoteles in 6 ethic. Polycletum 2°
appellavit Sapientem statuarium 2° denotat non
unam quampiam artem, sed unam e pluribus,
quatenus ad unum finem diriguntur conflatam
et quasi compositam, sic ad aedificationem multae
quidem artes concurrunt solus tamen architectus
dicitur Sapiens, eo quod finem totius operis perspectum
habeat, et famulantibus sibi murarijs fabris alijsque
qui ad aedificationem faciunt modum operandi prae- 3°
scribat. 3° accipitur Sapientia pro perfecta quadam
et absoluta rerum omnium saltem in universali cognitione,
adeoque ex omnibus scientijs congregata, sic hoc no-
men usurpavit Aristoteles in 1° Met. c. 2. 4° denique
Sapientia proprie significat Habitum aliquem na-
turalem praestantissimum, qui altissimas rerum

causas et universalissima principia conside
rat, dependens in suis quoque principijs scientias
reliquas, si non positive et ostensive saltem dedu
cendo ad impossibile, hoc modo Arles metaphysicam
ait esse sapientiam, proindeque l. 1. c. 2. condiciones
aliquot sapientiae statuit, quas convenire Metaphysi
cae docet, sunt autem fere istiusmodi condiciones, videlicet
Condiciones re quisitae ad sapientiam ut versetur circa omnia, quae illius sit naturali
ter attingere, ut sit de rebus, quae sunt difficiliores, et
a sensibus magis remotae ut sit certissima, ut propter se et
sciendi causa appetatur ut sit idonea ad docendum
et tradendas rerum causas, ut alijs scientijs quodammodo
dominetur illas dirigendo, quae condiciones cum inter
scientias naturales quae lumine naturae nituntur maxi
me competant metaphysicae erit ipsa verissima sa
pientia, qua de re fusius Franciscus Suar. disp. 1.
sect. 5. n. 18. et sequentibus

NOTA 2° si spectemus sapientiam non prout
praecise lumine naturae nititur, sed prout lumine
supernaturali, vel revelatione divina adiuvatur
tum Theologia potius erit sapientia, quam philosophia
illa enim multo certior est si quidem loquamur de
certitudine infallibilitatis, quod enim revelat Deus et
dicit, id falsum esse nequaquam sit, est et Theologia
rerum altissimarum, et difficillimarum, et inter cete
ras omnes disciplinas naturales praestantissima, et per
fectissima, etsi secundum quid ob inevidentiam sit imper
fectior, quam habitus nulli naturales, ipsa porro
non tantum de alijs scientijs verum et de metaphysica
eiusque principijs iudicat ut docet S. Th. 1. p. q. 1.
a. 6. nam altiori quodam lumine nititur, exemplo
iudicationis circa principia reliquarum scientiarum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

sit in uno quodam Physico ex nihilo nihil fit, hoc n. proprium Theologia merito restringit, quod uidelicet ex nihilo nihil fiat naturaliter, tametsi p divinam potentiam oio mundus produci debuerit ex nihilo, adeoque creari sm plurimas sui partes, sicut fides testatur. Neque his obstat, quod Ariles ad sapientiam requirere ui deatur euidentiam, quâ tn caret Theologia, nam hoc per accidens tm, et quasi materialiter requirebat cum ex ijs disciplinis, quas ipse nouerat praestantior ac certior caeteris nulla iudicari posset, nisi quae esset scien tia, et euidens, de reliquâ n. certitudine quae ex Verbo Dei multo maior habetur n. indagauit Ariles, ita recte notat Gillius l. 1. t. 4. c. 9.

Conclusio

Ex iam praemisso duplici prolegomeno de differentiâ ~~scientiae~~ scilicet et Genere Metaphysices facile dari et intelligi poterit eius Definitio, quae sit talis. Metaphysica est scientia speculatiua de Ente ut Ens est siue prout abstrahit ab omni mâa ~~omni mâa~~ quae porrò reliqua hic quaeri possent de Metaphysica sufficienter explicata habentur tum in prolegomenis alibi, tum in ijs, quae in logicâ circa Demonstrationem fuse diximus et applicauimus.